



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

18 An liceat tibi omittere signum ex praescripto regis impositum ad
significandum te fidelem esse?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

mentione præceptum Ecclesiasticum contemnebas, vel saltem adstantibus apparebas contemere, quod intrinsecè malum est, ut rectè colligi potest ex Paulo 1. *Corinth.* 10. ubi postquam dixit idolo immolata comedi, posse id fieri posse, cum aliquis dicit hoc immolatum est idolo, quia tunc illo dicto ad comedendum idolo thymum inuitat in honorem idoli, quod si inuitatus auerit, & comedit, honorem idolo defert, vel saltem reputatur deferre. At deferre honorem idolo saltem in apparentia, nullo modo est licitum; ergo nullo modo licet talibus cibis vesci: sic in præsentia dicendum est, cum in contemptum præcepti Ecclesiastici ad comedendos cibos prohibitos inuitaris.

11 Secunda difficultas est de concionibus, precibus, & aliis signis falsæ religionis. An, inquam, ob vitandam mortem, & bonorum publicationem liceat Catholico, concionibus, & precibus hæreticorum adesse?

Ponendum est tibi licere templa hæreticorum adire, & precibus illorum assistere, quando non ratione falsi cultus, sed cuiusdam obsequij cuius aedes, ut si dominum ibi ingredientem comiseris, vel officium aliud politicum ibi debeas præstare; hic enim ingressus non est formaliter religiosus, sed civilis, & politicus, ac proinde non vitandus, quod exemplo Naaman ministrantis suo domino in templo Remmon satis confirmari potest, qui, cum eius dominus idolum adorabat, ipse genuflectebat; non quidem venerans idolum, sed obsequens domino suo: semper enim cauere debes ne videaris tribus hæreticorum reuerentiam exhibere, aut te illis miscere, sic Sanchez *lib. 2. c. 4. n. 26. in medio.* Pelantius 2. 2. q. 3. art. 2. disp. 1. q. 3. i. notab. 3. Coninch. disp. 1. q. 2. n. 62.

Secundo pono ex se illicitum tibi esse ingredi templa hæreticorum, si cum illis preces fundas, genuflectas, & in cæremenis aliis communices; quia tunc excrius protestatis fidem deserere, vel saltem superstitiosum cultum falsæ sectæ exhibere, quod est intrinsecè malum: secus verò si ea sine vilo signo reuerentiæ spectares, & in his conveniant Doctores, ut videre est apud Sanchez, & Coninch, statim allegandos, & constat ex dictis. Quapropter difficultas solum est, an ingressus in templa hæreticorum ob præstandam obedientiam Regi sub grauius peccatis id præcipienti, licitus sit Catholico, ut has preces euitet?

12 Cui difficultati respondeo iuxta supradicta, per se loquendo, licitum esse concionibus, & precibus hæreticorum assistere, sic Azor tom 1. libro 2. capite 27. *quæst. 5.* Valent. 2. 2. disp. 1. *quæst. 2. punct. 2. dub. 4. sine.* Coninch. disp. 1. q. 2. *concl. 5. n. 55.* Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 4. n. 26.* Bonacina disp. 3. *quæst. 2. punct. 3. num. 21.* Ratio est, quia assistentia illa non est falsæ fidei protestatio, cum ex aliis capitibus fieri rectè possit; potest enim ex necessitate fieri ob vitandam grauem iacturam honorum, vel ex zelo fidei, & voluntate deprehendendi errores, qui ibi seminantur, vel tandem ex curiositate. At aduerto cum Sanchez & Coninch *suprà*, totam curiositatem non esse causam legitimam assistendi concionibus & precibus hæreticorum: tum quia vbi signis hæreticorum propriis absque graui causa est occasio reputandi illis venientem, vel hæreticum esse, vel talem velle videri. Item semper adest aliquod periculum peruersionis, cui sine causa peccatum est, se committere: requiritur enim causa legitima, hæc enim esset, si timeres grauem iacturam honoris, vel diuitiarum, nisi adires. Conclusio tamen intelligenda est, quando solis hæreticis Princeps præcipiet concionibus accedere, & preces fundere: tunc enim dicimus licere Catholico illam assistentiam, ut se occultaret.

13 At si Princeps omnes habitantes in suo regno sine distinctione cogeret templa hæreticorum adire, & illorum concionibus assistere in honorem suæ falsæ religionis, ut de facto in Anglia, aliisque regionibus hæreticis infectis contingit, sine dubio peccabit Catholicus talibus assistens. sic Sanchez, & Coninch. *suprà* qui testantur Paulum V. id motu proprio defuisse Bonacina disp. 3. *quæst. 2. punct. 3. num. 22.* Ratio est manifesta primò, quia illa assistentia in signum, & protestationem falsæ doctrinæ, & in honorem illius impetratur, quod sufficienter colligitur ex tenore edicti dicentis: *Modeste etiam, atque sobrie dum preces persolvantur se gerere, & usque ad finem dictarum precum, & concionum ibi manere teneantur.* Imperatur ergo assistentia modesta, sobria, ac proinde religiosa. Ergo illam exequens falsam doctrinam honorat, & quoad exteriorem apparentiam protestatur. Neque obstat Principem dicere in suo edicto se tantum velle civilem subditorum obedientiam, non à religione apostasiam, nam quantumvis ipse hoc verbis protestetur, facto ipso contractum inuit, cum ipsamet assistentia illis circumstantiis præcepta falsæ sectæ sit protestatio, secundo negari non potest concursu plurium doctrinam falsam honorari, & vites assumere, & in dies esse extendendam, sed hoc creditur grauissimum religionis Christianæ detrimentum. Ergo ob nullam causam licet. Tertio adueniens reputatur hæretici, & à fide defecisse, neque iam est vilius Catholicus, qui eos excuset. Ergo excusari non possunt. Quomodo enim excusari potest actio, ubi est scandalum, superstitiosus cultus, protestatio falsæ sectæ, & illius honor?

14 Ex his à fortiori inferitur, nullo modo licere tibi Eucharistiam sumere à ministro hæretico, matrimonium celebrare coram illo ex præcepto Regis id præcipientis, etiam si ceterò prius coram ministro Catholico contraxisses, quia illa cæremonia testatur se agnoscere ministrum illum tanquam veræ fidei ministrum, cuiusque cæremonia honorat, & in illis communices, quæ omnia intrinsecè mala sunt. sic Malder. 2. 2. q. 3. art. 2. *membr. 3.* Coninch. disp. 1. q. 2. *num. 63.* ubi aduertit secus esse, si coram magistratu civili contraheret, aut coram illo testaretur se contraxisse, modo ritu Catholico antea, vel postea contrahat, quia ibi solum interuenit politicum præceptum obligans, ut publicè constet te matrimonio copulatum esse.

15 Secundo inferitur te posse conuiuiis nuptialibus assistere, & contrahentes bene precari, etiam si ritu hæretico contrahant, quia conuiuium nuptiale licitum quidem est, etiam si contractus, in quo fundatur, illicitus sit. Ergo assistens conuiuii optimè potest intelligi non voluisse contractum, quia talis est, honorare, sed conuiuium, quod subsequitur: sic Malder. & Coninch. *suprà*.

PUNCTVM XVIII.

An liceat tibi omittere signum ex præcepto Regis impositum ad significandum te fidelem esse.

- 1 Explicatur casus & Caietan. negat.
- 2 Contrarium est probabilius.
- 3 Satisfit rationi adducta in fauorem Caietan.

1 **L**ata est lex à Principe, ut quicumque in suo regno fidelis sit, in testimonium, & protestationem suæ religionis tali veste utatur, alias ab omnibus tanquam defensor fidei reputetur, poterit ne Catholicus, si ex portatione illius vestis, & suæ fidei manifestatione periculum imminet, omittere vestem signatam, præcipue cum lex est in vitium obseruata.

Caietan. 2. 2. *quæst. 3. art. 2.* cui consentit Nauar. *sum. cap. 11. num. 27. vers. quind.* negat omittere posse; quia illa ommissio videtur esse vit ualis negatio fidei, siquidem videntes existimant tali signo carentes infideles esse, eo quòd à lege sic reputentur. Item assignatio illius vestis, est quedam de fide interrogatio & examinatio, examinat enim Princeps illius vestis portatione, quinam sint fideles: si igitur verbis examinatus es, ut si diceret Princeps, manifesta nobis, quam nam idem habebas, & sit signum te negare fidem, silentium, siquidem te in tali occasione, sit confessio: cui dubium esse potest te in tali occasione constitutum obligatum esse confiteri, aliàs silentium tuum argumentum esset te negasse fidem, vel saltem voluisse videri negauisse. Cum ergo per legem idem examen Princeps intendat facere, & omissionem illius vestis constituat in signum infidelitatis, si vestem omittis, infidelis vis esse, vel saltem videri talis. Ergo nullo modo tibi licet.

2 Nihilominus contraria sententia communior, & probabilior est, scilicet te posse ex graui causa omittere signum à lege constitutum pro fidei Christianæ professione, sic docuit Bantes 2. 2. *quæst. 3. art. 2. dub. 2. concl. 4.* Aragon *ibi, dub. ult.* Valent. disp. 1. *quæst. 3. punct. 2. dub. vltim.* Suarez *de fide, disp. 14. sect. 4. n. 10.* Coninch. disp. 1. q. 2. *num. 76.* Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 4. sine. num. 29.* Ratio est, quia illa ommissio non est negatio fidei, etiam quoad apparentiam, sed solum occultatio, quæ ex causa iusta licita est. Ergo. Antecedens probo: tum à simili ex habitu monachali ab Ecclesia signato pro religiosis, quem si quis ex vitigeni causa exuat, non obinde reputatur negasse monachalem professionem, sed solum illam voluisse occultare. Tum ratione, quia ut ommissio illius vestis reputaretur fidei negatio, debebat nullam aliam spectatis illis circumstantiis significationem habere, ut sic videntes; & cognoscentes illum esse Christianum, & omissionem fecisse illius signi, intelligerent à fide defecisse: atqui habet hanc legitimam significationem, scilicet occultare personam. Ergo. Item neque obligaris ferre illam vestem ex lege Principis, neque ex præcepto fidei. Ergo ex nullo capite. Ex lege Principis obligari non potes: tum quia lex illa non est iusta, utpote lata in odium Dei, & de materia ad Principem seculararem non pertinentem examen enim fidei, & illius professio Ecclesiastico Principi, non publico, attributa est: & dato quod lex illa iusta esset, cum sit humana, & publica, non te obligat cum grauissimo tuo detrimento: ergo ex ratione legis obligari non potes. Ex præcepto autem fidei cessat similiter obligatio: quia præceptum positum consistendi fidem non obligat, ut clarum est in illa occasione, quia nec subtrahitur ommissione illius honor diuinus grauius, neque scandalum generatur. Neque etiam præceptum negatum non negandi fidem; quia hoc præceptum obligat, ne assumas aliquod signum protestatarum negationis fidei: at ut tale signum non assumis, sed potius relinquas signum fidei protestatarum. Ergo solum potest ex illo inferri te non protestari fidem, non tamen illam negare.

Dices,

Dices, non protestari fidem illo signo, esse virtualiter illam negare; præcipue cum expresse omnino illius signi, vt signum negationis, à Principe constituta sit. Sed nego assumptum quia licet omnino signi, sit signum à Principe constitutum pro negatione fidei; quia tamen alias significationes legitimas habet, ea de causa à fidelibus absque negatione fidei usurpari potest. Adde non esse signum fidelibus, & infidelibus commune, sed pro solis infidelibus assignatur, vt sic facilius à fidelibus distinguantur. At iam diximus posse Catholicos signum proprium infidelium assumere, quando ex illius assumptione non sequitur specialis honor infidelitatis. Denique si Catholicis obligati essent illud signum assumere, occultari nulla ratione possent, & Princeps infidelis absque vlla difficultate posset omnes cognoscere, comprehendere, & punire quod est grauissimum inconueniens.

Neque obstat supradicta ratio Caeteran. licet enim videtur te carere illo signo, intelligatur te infidelem esse quia negant te Catholicum fuisse: at hoc in causa esse non potest, te manifestandi; quia ex tali iudicio nullum scandalum sequitur, si autem scient te Catholicum esse, & omittere; merito debent reputare te omittere; non grana delendendi fidem fidei personam occultandi; & sic nulla videtur tibi esse negatio fidei, etiam apparet, sed solum occultatio.

Ad confirmationem respondeo longè diuersum esse examen fidei singulariter alicui factum, vel generaliter, qui enim in singulari examinatur, debet ita procedere, vt nullo modo adstantes intelligerent fidem deserere, & voluntati principis infidelis vultu se anuere, at ex suppositione, quod Princeps pro negatione fidei silentium constituit, si illo tunc variis voluntati principis videris parere, & fidem negare quod ex eo colligitur manifestè quia omnes qui te sciret esse Catholicum, te fidem se interrogatum non profiteri, scandalizarentur, & te inbecillitatis, & inconstantie arguerent. Quæ certè in interrogatione generali, & in signo pro legem constituto non procedunt, vt ex dictis constat. Adde, Per legem non quilibet interrogatur, sed communis, cui interrogationi sufficienter satisfactum est, etiam si plures non respondeant. Quapropter illa dici non potest propria interrogatio, sed incitatio & promotio fidelium, vt se probant: quod cum tanta iactura iniuriam est, & ab eo abstinendum.

PUNCTVM XII.

De professione fidei ex decreto Tridentini faciendâ

- 1 Referuntur decreta, in quibus hæc obligatio fundatur.
- 2 Obligatio faciendi professionem fidei est sub mortali, neque extinguitur transacto bimestri.
- 3 Comprehendit prouisos de beneficiis curam animarum habentes.
- 4 Item Canonicos & dignitates Ecclesiarum Cathedralium.
- 5 Item prelatos regulares quorumcumque ordinum, tametsi ex consuetudine aliquibus in religionibus excusentur.
- 6 Item docentes artes liberales.
- 7 Si obierit canonicatus, vel beneficio professionem fecerit, aliqui te excusant à professione faciendâ in obtentione similis canonicatus, Probabilis tamen est oppositum.
- 8 Vnicui fidei professione pluribus titulis satisfacere potest, tamen si aliqui contrarium sentiant.
- 9 Qui inuidus seruandus se in fidei professione faciendâ.
- 10 Fieri posse per procuratorem; Affirmatur, vt probabilius.
- 11 Limitatur doctrina à Sanchez in Episcopis, sed non videtur approbanda limitatio.
- 12 Assenti se fidei, professionem fecisse, credendum est.
- 13 Ex Bulla Pij IV. & V. varia sunt pœne impositæ, omissis tibus fidei professionem, sed non videntur receptæ.
- 14 Tridentin. imponit priuationem fructuum, & possessionem beneficij decernit non suffragari.
- 15 Explicatur quid sit possessionem non suffragari.
- 16 Nulla expectata sententia, tenetur sic omittens fructus restituere secundum probabilem sententiam; probabilis est requiri sententiam declaratoriam criminis.
- 17 Intelligi debet, si culpabiliter omiseris fidei professionem.
- 18 Sub nomine fructuum in hac pœna non veniunt distributiones quotidiana, neque annuaria.
- 19 Quibus est faciendâ fructuum restitutio.

VT huius professionis faciendæ obligatio intelligatur, & ad quas personas se extendat, & sub quibus pœnis præmittenda sunt decreta de hac materia loquentia. Tridentin. namque sess. 14. cap. 12. de reformat. statuit, curam animarum habentes teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius vicario, & officiali orthodoxæ nostræ fidei publicè facere professionem; & in Romanæ Ecclesiæ obedientia esse permanentes spondeant, ac iurent. Prouisi autem de Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus non solum coram Episcopo, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur, alioqui prædicti omnes prouisi fructus non faciunt suos neque illis possessio suffragatur & sess. 25. cap. 2. de reform. decernit idem Concilium, hanc fidei professionem facere debere quicumque in patriarchas, primates, Archiepiscopos, & Episcopos promoti fuerint, in prima Synodo provinciali in qua ipsi interfuerint. Quod si quis (quod abicit) tenuerit, Episcopi comprouinciales statim summum Pontificem Romanum admonere sub pœna diuinæ indignationis teneantur, interimque ab eiusdem communionem abstineant, Pius tamen IV. in quodam motu proprio, qui est 112. eiusdem & incipit, *in unctam nobis*, datum. Ibid. Nouemb. 1564. supradictum Tridentini decretum extendit ad Prelatos monasteriorum, cõuentuum, domorum, & aliorum quorumcumque locorum, siue regularium ordinum sit, siue militarium. Item Pius V. in alio Motu proprio incipiente, *In sacrosancta*, cuius tenorem refert Eman. Rodriguez 99. reg. tom. 2. q. 72. art. 2. & Nald. verbo fidei professio, ad hanc fidei professionem reuerti voluit omnes doctores, Magistros, regentes & alios quoscumque, ac cuiuscumque artis, & facultatis professores, siue clerici, siue laici sint, vel cuiuscumque ordinis regulares, qui docere, vel promoueri voluerint & Congregatio explicuit hanc Bullam locum habere in docentibus prima principia Grammaticæ, Arithmeticæ, Musicæ, & aliarum artium, esto non sit in publicis scholis, sed priuatis domibus; & addit pœna excommunicationis ipso iure, & priuatio beneficiorum omnium, dignitatum, officiorum, feudorum Ecclesiasticorum, & habitatis ad illa, & ad alia in posterum obtinenda aduersus promouentes, qui hanc fidei professionem facere neglexerint, & in promotis nullam esse promotionem.

2 Primo tanquam certum tenendum est obligationem faciendi supradictam professionem esse sub mortali, quia est res grauis, & ad grauissimum finem ordinata, qualis est exaltatio & promotio nostræ fidei, & errorum extirpatio, & sub grauibus pœnis præcepta: sic relato Manuele Rodriguez & aliis docet Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 5. n. 1. sine Bonacina diff. 3. de fide, q. 2. p. 3. n. 14. & 15. Quod si aliquis obligatus fidei facere professionem intra bimestre illam omiserit, tenetur quamprimum possit illam facere, quia non extinguitur obligatio, sed aggravatur; non enim bimestre assignatur, vt terminus finiendæ obligationis: sed vt terminus obligationis exequendæ, & colligitur ex e. cum dilectus, de dolo, & contumacia, vbi Abbas n. 12. & 1. Celsus, ff. de recept. arbit. & ita tenet Nauarr. cons. 11. n. 1 sub. tit. de iureiur. in nomis Garcia 3. part. cap. 3. n. 29. & 30. Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 5. Azor tom. 2. lib. 7. cap. 2. q. 4. & 5. Aug. Barbosa 3. part. allegat. 61. n. 22. & alii apud ipsos.

3 Personæ autem, quas hæc obligatio adstringit, sunt primo prouisi de quibuscumque beneficiis curam animarum habentibus; sub quibus veniunt intelligendi Commendatarij aliquarum Ecclesiarum, quibus datur facultas disponendi de fructibus, quia sunt verè beneficiati, & titulum habent. sic Garcia de benef. 3. p. cap. 3. n. 20. Augusti Barbosa de potest. Episc. 3. p. alleg. 61. n. 12. locus verò dicendum est de illis quibus Episcopus Ecclesiæ curam commendat, non tamen de beneficio prouidet. Sanchez lib. 2. c. 5. n. 1. Deinde sub nomine prouisi de beneficiis, comprehenduntur videbantur Episcopi, quia prouisi sunt de beneficiis curam animarum habentibus: at quia in sess. 25. c. 2. præcipitur illis in prima Synodo provinciali illam facere, videtur Concilium in supradictis verbis illos comprehendere noluisse. Præterea, quia in manibus Episcopi prouisi de beneficiis debent professionem facere, Ergo sub nomine prouisi non comprehenduntur Episcopi. Verum est hoc ita sit attento Tridentin. decreto, & Bulla Pij IV. & V. Attena constitutione Gregor. XIV. incipiente, *Onus Apostolica seruitutis*, quamque refert Vgolin. de potest. Episcop. c. 1. §. 3. obligati sunt omnes Episcopi hanc fidei professionem, & iuramentum facere: forma autem huius professionis, & iuramenti traditur in Pontificali Romano auctoritate Clementis VIII. edito, fol. 79. sic Barbosa 3. p. alleg. 61. n. 3.

4 Secundo adstringit supradictum decretum Canonicos, & dignitates Ecclesiarum Cathedralium, sub quibus comprehenduntur Canonici, quantumcumque ab Episcopo sint exempti, quia absolute Canonici sunt sic Felin. Nauarr. & Ledesin. relatis tradit Sanchez lib. 2. cap. 5. n. 2. Garcia de benef. 3. p. cap. 3. n. 21. referens ita censuisse factam Congregationem, Barbosa cum aliis 3. part. alleg. 61. num. 5. Item comprehenduntur Canonici regulares Ecclesiarum cathedralium; quia verè sunt prouisi in canonicatibus Ecclesiarum cathedralium: sic Garcia num. 16. Barbosa n. 6. Coadiutores tamen Canonicorum, licet Canonici nominentur, quia tamen verè, & proprie in canonicatibus non sunt prouisi viuente proprietario, fidei professionem facere non obligantur. Non enim coadiutor possidet canonicatum sed coadiutorium: vt dicit Garcia p. 4. cap. 5. n. 76. sic Barbosa n. 3. Item neque prouisi de capellanis, portionibus, aliisque beneficiis simplicibus in Ecclesiis cathedralibus, Sanchez cap. 5. n. 1 Garcia cap. 3. n. 13. Barbosa num. 25. Adde nec prouisi in canonicatibus, & dignitatibus Ecclesiarum collegiatarum; quia solum de prouisis in Ecclesiis

DE
ASTRO
ALAY
TONI
II